ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Amplissimo Dn. Collegæ et Affinis charissimo,

Heri tibi de tuis operis scripsi, quas vix dimisi absq. convitio. Nimirum contra solennes istos procrastinatores, qui tam inhumaniter mentiuntur, vana est nimia confidentia atq. ingenuitas. Hac commoditate salutandi cum observantia tui uti volui, cum hinc ad vos rediret Schemannus vester. Quid tui Lentuli petiteri[n]t, quid nos agimus, quomodo omnes valeamus, referari idem quoq. poterit. Et omnia ad te rectius perscripserit Johannes tuus Giraldi. Itaq. de tegulis, quas te curaturum pollicitus es, ne admonendus quidem es. Significavi quidem nuper Contagium leniùs sævire. novas tamen ædes devastat & latius serpit. divina sunt imploranda remedia: humana quam jaceant optime docet eventus. Amisit Beaufortius filiolam suam Isabellam. Infecit et lues vicinas ædes Senatoris Cremeri, et abstulit nob. Advocatum vander Eems. reliquos vix noveris. Hic consistorio cogor ob subitum latoris discessum. Vale atq. salvus necum[?] decus, meq. in tuis cultorib. aliquo esse loco patere. Obsequia nostra nunciabis lectissimæ uxori tuæ cum plurima salute. exosculare pro nobis liberos tuos.

2 Novemb. 1635. Hagæ

Tuus inrutum[?] veterem
D. de Wilhem

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280

Myn Heer.

Myn Heer van Sulecum.
Ridder Raet ende Secre,
taris van Syn Exc:tie

int Leger.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280